



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

3. Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem
vestram?

urn:nbn:de:hbz:466:1-39546

quitatis testimonijs firmate, non recenter inuenta, omnésque ad Dei cultum & populi ædificationem instituta. Quare nullam, vt dixi, affinitatem traditiones Ecclesiasticæ cum Seniorum traditionibus, quarum transgressio à Phariseis obijcitur, nihil commune habent.

3. *Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?*

HOc erat maximum Scribarum & Phariseorum sacrilegium, quòd illis recentibus suorum traditionibus ita inhærebant, vt propter illas seruandas Dei mandata in lege scripta violarentur. Id quod dupliciter fiebat: vno modo suarum traditionum obfertantia magis exactè & rigidè à suis exigendo quàm scripta in lege Dei mandata, quod apud Marcum prior loco, hic verò apud Matthæum posteriori loco à Christo obijcitur, nosque posterius examinabimus. Alio modo ipsa Dei mandata per suas nouas traditiones qualique expositiones peruersas corrumpendo, vt in textu apparet circa mandatũ de honorandis parentibus. Hoc idem crimen Catholicæ Ecclesiæ generalibus verbis obijciunt hæretici, sed in nulla Ecclesiastica traditione hætenus hoc probare potuerunt. Neque hoc loco Calvinus hunc transgressionis modum Catholicis impingit, sed priorem illum, quem Christus non istis verbis, vt putauit Calvinus, sed alijs expressit, quæ nunc explicanda sunt.

9. *Sine*